REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 88r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

88

nia penetrat. Elementa cuncta suę potentię adtingit presentia. Extra eum nullus locus est. Cognitioni eius nihil occultum est. Omnia secreta uis uirtutis eius inrumpit. Nulla occulta sibi latere patitur. nullis obiicibus ut penetrare indetur. Ipse cogitationes nouit. ipse cor inspicit. quid agitur intus aut latę. ipse uidę. quod intus disponitur. ipse conprehendit quam homo qd̄ in se ignorat ille nouit; nemo potest quam semet ipsum effugere. Et si te non damnat publica fama. condemnat propria conscientia. Nulla pena grauior conscientię. Vis autē numquam esse tristis. bene uiue. Secura mens tristitiam leuiter sustinę. Bona uita gaudium semp̄ habet. Conscientia autē rei semp̄ in pena est. Numquam securus est reus animus. Mens enim malę conscia. proprius agitatur stimulis. Si enim tuę in bono permanseris. tristitia elongabitur a te. si in iustitia perseueres. tristitia non occurrę tibi. Nec plaga nec mors deterrebit. si bene et pię uixeris. Consilium autē et opus tuum. semper ad dnm̄ conuerte. In omni opere tuo dī auxilium posce. Omnia diuinę grāe. diuino dono adscribe. Nihil meritis tuis adtribuas. In uirtute tuā nihil presumas. In audacia tua nihil ponas. Vis autē uirtutes tuas augere. prodere noli. Occulta uirtutes tuas prelatione. absconde bona facta pro arrogantia. fuge uideri. quod esse meruisti. Quod manifestando potes amittere. tacendo custodi. Vitia uero cordis tui reuela. praua cogitationes ilico manifesta. Peccatum enim proditum cito curatur. Crimen autē tacendo ampliatur. Silentio culpa crescit. si latę uitium fit. si latę fit ex minimo magnum. Si tegitur maius creditur esse malum. Malum autē cauere potius quam emendare oportę. Melius est ut uites uitium quā ut emendas. Ne forte cum incurreris reuocare non possis. DE BONO CT MALO VSQ.

Usus enim difficile uincitur. consuetudinis uincula uix soluuntur. In olita diu tardius corriguntur. ancipitē diu deliberā sententiam. Ante factum cogita diu. ante opus premeditare diu. Matura consilium ut perficere possis quod uis. Quod uis agere. diu exquire. diu proba et sic age. Cum diu cogitaueris. tunc fac quod probaueris. nihil exprecipiti magnum. Consilii mora melior